



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

9 De peccatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. VI. ART. XIII. XLI. ET XV.

42

hypocritis, si in inferno, vnde ibi subdit. Ibit erit fletus & stridor dentium. Si autem alius non mul-  
tum in talibus excedat, potest bona fide fieri ab ali-  
quo, qui vult secundum decentiam sui statutum mo-  
rem gerere his quibus concurrit.

QVÆSTIO VIII.

**D**EINDE quæsumus est de elemosynis quæ sunt pro mortuis.

¶ Et circa hoc quæsta sunt duo.

¶ Primo, Vtrum mortuus patiatur aliquod deri-  
menum, si executor eius differat dare elemosynas,  
quas ipse in testamento dari mandauit.

¶ Secundo, Vtrum executor licite possit differre  
distributionem elemosynarum ad hoc quod res  
defuncti melius vendantur in polterum.

ARTICULUS XIII.

Vtrum mortuus aliquod detrimentum feriat ex hoc, quod  
elemosyne, quas mandauit dari, retardantur.

**C**IRCA primum sic proceditur. Videatur pro mor-  
tuus nullum detrimentum feriat ex hoc, quod  
elemosyne, quas mandauit dari, retardantur. Huiusmodi enim retardatio prouenit ex negligentiâ  
executoris, sed negligentia vnius non imputatur  
alteri, ergo nullum detrimentum mortuus patiatur  
ex huiusmodi tarditate.

**S**ED CONTRA est, quod propter huiusmodi tardita-  
tem retardantur orationes & sacrificia, que fierent  
pro anima defuncti, ex quibus plurimum iuaret.  
ergo ex huiusmodi tarditate patitur detrimentum.

**R**ESPOON. Dicendum, quod sic opus dupli-  
citione. Primo quidem ex parte ipsius detrimen-  
ti: distingendum est enim duplex detrimentum.  
Nam quoddam detrimentum est, quod pertinet  
ad tolerantiam poenæ, secundum illud quod ha-  
betur. Cor. 1.3. Si cuius opus a seruit, detrimen-  
tum patietur. Aliud autem quod pertinet ad substrac-  
tionem remedii. Secundo etiam distinguendum est  
ex parte elemosyne, circa quam potest considera-  
ri etiam detrimentum ipsius elemosyne, & effec-  
tus ipsius. Quantum ergo ad meritum elemo-  
synæ nullum detrimentum patiatur defunctus ex  
predicta tarditate, maxime si quantum in ipso fuit  
curia adhibuit, ut huiusmodi elemosyna cito  
darentur, quia meritum principaliter ex voluntate  
& interiori dependet: sed quantum ad effectum ele-  
mosyne patitur detrimentum, non quidem ut pro  
iustinodi tarditate puniatur, sed quia remedium ei  
non adhibetur, dum suffragia differuntur, ex qui-  
bus plurimum iuaretur.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod negligentia  
vnius non imputatur alteri ad poenam, po. est ta-  
men redundare in alterum quantum ad defectum  
remedii, secundum quod vnuus homo ab alio iu-  
nari potest.

ARTICULUS XIV.

Vtrum executor debeat tardare distributionem elemosynarum ad hoc, quod res defuncti melius vendantur.

**C**IRCA secundam sic proceditur. Videatur, quod  
executor debet tardare distributionem elemosynarum ad hoc, quod res defuncti melius non  
datur. Quia ex hoc sequitur quod plures elemo-

**A**synas poterit facere pro defuncto, ex quibus de-  
functus magis iuuabitur. ergo si differat, videatur  
quod laudabiliter & fideliter hoc faciat.

**S**ED CONTRA est, quia ex tarditate elemosynarum  
sequitur retardatio remedii, quo forte defun-  
ctus indiget. ergo videatur quod huiusmodi re-  
tardatione grauerit defunctus potius quam  
iuvetur.

**R**ESPOON. Dicendum, In mora modici temporis non videtur esse magnum periculum. Vnde si  
executor per modicum tempus elemosynam da-  
re differat, vt rebus defuncti melius tenuius am-  
pliores elemosynas dare possit, laudabiliter hoc  
facit. Si vero econuerlo per multum tempus dif-  
ferat elemosynas distribuere, vi non multo am-  
pliores elemosynas faciat, non videtur esse absq[ue]  
culpa, quia forte defunctus a purgatorio liberare-  
tur, in quo existenti remedium suffragiorum maxi-  
mæ necessarium erat: hoc autem requirit prudens-  
tis executoris examen, ut & consideratis dilatione  
temporis, & conditio[n]e personæ que credi ciuius  
vel tardius liberanda, & etiam quantitate augmen-  
ti elemosynarum, faciat quod videbitur expedire  
defuncto.

QVÆSTIO IX.

**D**EINDE quæsumus est de peccatis.

¶ Et circa hoc quæsta sunt tria.

¶ Primo, De peccato originali, vtrum sille qui ba-  
ptizatus est, transmittat peccatum originale in  
prolem.

¶ Secundo, De peccato actuali in generali, quid si  
sit prius, vtrum auerio a Deo, vel cōuersio ad com-  
mutabile bonum.

¶ Tertio, Specialiter de mendacio, quod menda-  
cium sit gratuitum, vtrum illud quod fit verbo, vel il-  
lud quod fit facto.

ARTICULUS XV.

Vtrum ille qui est baptizatus, transmittat peccatum  
originale in prolem.

**C**IRCA primum sic proceditur. Videntur quod il-  
le qui est baptizatus, non transmittat pecca-  
tum originale in prolem. In eo enim qui nascitur,  
tria possunt considerari, scilicet corpus, anima, & unio  
utriusque: sed non contrahit peccatum originale  
secundum corpus, quod contrahit a parentibus,  
quia parentes erant totaliter a peccato originali  
mundati, similiiter etiam nec secundum animam  
quam haber ex creatione Dei, in quem peccatum  
non cadit, & per consequens neque etiam secun-  
dum unionem utriusque: ergo ille qui nascitur ex  
baptizatis, nullo modo contrahit peccatum ori-  
ginale.

**S**ED CONTRA est, quia remedium non adhibetur  
nisi uulneri: sed baptismus, qui est medicinale re-  
medium contra uulnus originalis peccati, adhibe-  
tur parvulis baptizatorum filiis secundum coem  
ecclesie consuetudinem: ergo parvuli baptizatoru[m]  
filii cum originali peccato nascuntur.

**R**ESPOON. Dicendum, quod peccatum, quod  
ex transgressione primorum parentum in omnes  
posteros originaliter derivatur, non aboleretur nisi  
per gratiam Christi, qui de peccato damnauit pec-  
catum in carne, ut dicitur ad Romanos octavo.  
sed hoc quoddam ordine peragitur. Nam primo in

Quodlib. S. Tho. F. 2 statu

Et in or. 1.16.  
de ma. q. 4.  
ar. 1. s. 8. &  
12. q. 8. ar. 1.  
& 4.

QVODLIBET. VI. ART. XVI. XVII. ET XVIII.

**S**tatu presentis vita per sacramenta gratiae Christi remouetur peccatum originale quantum ad inquisitionem animae, ut si non imputetur homo ad culpam. Remanet tamen interius quantum ad corruptionem somnis in carne, unde Apostolus dicebat ad Rom. 7. Ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati, in quantum si concupiscit aduersus spiritum, unde homo baptizatus secundum mentem viruit in nouitate spiritus; sed secundum carnem adhuc retinet virtutem Adam. Et ideo sicut per spirituali generationem, quae per euangelium alios producit filios in Caritate absque peccato, ita etiam secundum generationem carnalem producit filios in virtutem Adam cum peccato originali.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum in peccato actuali prius sit aueratio, quam conuersio.

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod in peccato actuali prius sit aueratio, quam conuersio. Averatio non importat recessum a termino, conuersio autem accessum ad terminum; sed in motu corporali prius est recessus a termino, quam accessus ad terminum. ergo & in spirituali motu prius est aueratio quam conuersio.

SED CONTRA est, quod Dio. dicit 4.c.de di. no. Nemo intendens ad malum, operatur, sed intedens ad bonum, ergo prius aliis peccantibus congettetur per appetitum ad bonum comitabili, quam aueratio a Deo.

**R**ESPON. Dicendum, quod peccatum principaliter in voluntate consistit, ut Aug. dicit. Quantum autem ad voluntatem illud est prius, quod principaliter intendit, & id in peccatis, in quibus principaliter intenditur fructus boni commutabilis, sicut in luxuria, avaritia, & similibus, prius est naturaliter conuersio quam aueratio, quam non est principaliter intenta, sed praeferentia intentionem cōsequitur ex inordinata conuersione. In peccatis autem, in quibus directe intenditur aueratio a Deo, sicut est infidelitas, desperatio, & alia huiusmodi, prius est aueratio ab incommunabili bono, & postea est conuersio ad communabile bonum, sicut patet in illis, qui desperantes scipios tradat impudicitia, ut dicitur ad Ephe. 4.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quamvis in mortib. operabilibus recessus a termino prior sit in executione, accessus tamen ad terminum prior est in intentione, in qua principaliter consistit peccatum.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum maius peccatum sit cum aliquis mentitur facto, quam cum aliquis mentitur verbo.

**A**D TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod maius peccatum sit cum aliquis mentitur facto, quam cum aliquis mentitur verbo. Maius non peccatum esse viderur, cum aliquis mentiendo abutitur eo, cui magis creditur: sed sicut Anselm. dicit in li. de eucaristia magis creditur factus quam verbis. ergo grauius peccat qui mentitur factus, quam verbis.

SED CONTRA est, quod Au. dicit in li. de doctrina christiana. Inter omnia signa precipuum locum tenent verba: his autem abutitur ille qui verbo mentitur. ergo videtur quod grauius peccat ille qui mentitur verbo, quam ille qui mentitur facto.

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut Amb. dicit in quadam sermone. Non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operimus mendacium est. Pec-

catum autem mendacii principaliter quidem consistit in intentione fallendi, unde ille qui dicit falsum, quod putat esse verum, non mentitur. Magis autem est reus mendacii ille qui dicit verum, quod putat esse falsum, ut patet per Augustin. lib. de mendacio, unde cum eadem intentio fallendi sitio quo qui mentitur factio, uterque equaliter peccat. Verbum, n. & factum assumuntur ut instrumenta fallendi, unde non refert quantum ad peccatum mendacii, utrum aliquis verbo, vel scripto, vel nutu, vel quocumque factio mentitur, sicut non refert quantum ad peccatum homicidii, utrum quis gladio, vel securi interficiat hominem.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

G

QVADRISTIO III.

ARTICVLVS XVIII.

Vtrum aliquis possit esse naturaliter, vel miraculose simul virgo & pater.

**D**EINDE quæstum est circa corpora hominis, utrum salichis possit esse naturaliter, vel miraculose simul virgo & pater. & videtur quod hoc possit esse miraculose, quia pater & mater simul sunt generationis principia: sed aliqua mulier miraculose fuit simul virgo & mater. ergo ratione aliquis vir miraculose potest simul esse vir & pater.

**I**tem. Viderur quod hoc possit esse absque miraculo, quia dæmon incubus potest turari semini virginis in formis pollutis, & transfundere in matrem mulieris, ex quo quidem semine potest concepi proles, cuius pater non est dæmon incubus, sed ille ex cuius semine generatur, quod agit in virte eius? a quo est proliuus. ergo videretur est abs que miraculo possit alijs simul esse virgo & pater.

SED CONTRA. Mulier absque miraculo non potest simul esse virgo & mater. ergo parere nec vir absque miraculo potest simul esse virgo & pater.

**I**tem. Viderur quod nec per miraculum, quia si filius Dei, qui est natus miraculose de virginie, ex aliqua parte corporis virginis carnem alsumpsisset quam ex illa, unde mulier naturaliter concepit, pura de manu, aut pede, non diceretur filius virginis, sicut nec Eva dicit a cl. filia Adam, quamvis in formata de coita ipsius: sed non posset contingere filio virginis utrius, quod ex hac in parte corporis, & in codem loco plena generaret, sicut naturaliter generatur. ergo nec etiam miraculose fieri posset quod aliquis simul esset virgo & pater.

**R**ESPON. Dicendum, quod ad huius evidentiā videre oportet quid ad virginitatem requiriatur. Requiruntur autem tria ad eius perfectionem, quorum primū est principale & formale, scilicet, siue intentio voluntatis, sicut & omnibus moralibus, unde istud ex necessitate ad virginitatem requiritur, quod ad sit aliqui afflida voluntas non quam experiendi delectationem venerabilem. Secundum autem est materia, scilicet appetitus sensuali, & desideratio, quam quis experitur in altera virginitate materialiter. Nam passiones sensitiae sunt materia uitutum moralium. Si in pater electio propria voluntatis hoc contingat, nostra, cum quis sit sōno polluit uel cuī mulier p. uolēnā ab hoste operimur, non per uirtus virginitatis, ut patet p. Augustino. de Ciu. Dei. Tertiū autem est quā per accidēt. & cōcomitantē.